

Regula Credo Deum Esse Sanctum. Evangelium Sancti Matthaei.

¹⁵ respondens autem Iesus dixit ei sine modo sic enim decet nos implere omnem iustitiam tunc dimisit eum
³⁰ sinite utraque crescere usque ad messem et in tempore messis dicam messoribus colligite primum zizania et alligate ea fasciculos ad
comburendum triticum autem congregate in horreum meum
¹⁹ et cum iussisset turbam discumbere supra faenum acceptis quinque panibus et duobus piscibus aspiciens in caelum benedixit et fregit et
dedit discipulis panes discipuli autem turbis
²² et statim iussit discipulos ascendere in navicula et praecedere eum trans fretum donec dimitteret turbas
¹³ venit autem Iesus in partes Caesareae Philippi et interrogabat discipulos suos dicens quem dicunt homines esse Filium hominis
¹⁵ dicit illis vos autem quem me esse dicitis
⁴ respondens autem Petrus dixit ad Iesum Domine bonum est nos hic esse si vis faciamus hic tria tabernacula tibi unum et Mosi unum et
Heliae unum
³³ non ergo oportuit et te misereri conservi tui sicut et ego tui misertus sum
¹⁴ Iesus vero ait eis sinite parvulos et nolite eos prohibere ad me venire talium est enim regnum caelorum
²⁴ et iterum dico vobis facilius est camelum per foramen acus transire quam divitem intrare in regnum caelorum
³ et misit servos suos vocare invitatos ad nuptias et nolebant venire
²⁷ oportuit ergo te mittere pecuniam meam nummulariis et veniens ego recepissem utique quod meum est cum usura